



* * * * *

Resda elegantia instar & compendium,
Magniq; magna & celsa sedes PRINCIPIS,
Quæ tollis immensum sub astra verticem,
Palatiis radians superba splendidis,
Obvolve mæstum prægravi luctu caput
Furvo theristro, verre longo firmate
Solum, genisq; largiter rores fluant

Mæsti, jubarq; nubilet vultus Tui
Dolor, medullis ac inæstuet Tuis.
Heu quantus occidit VIR! heu quantus Tibi!
Mens borret ic̄ta ceu corusco fulmine, &
Singultiente vix potest fari sono
Actertiatis vocibus: Fuit! heu fuit!
Prægrande JACOBI decus, Themidos Pater,
Legumq; vindex, ingenî miraculum,
Suadae medulla, cujus ex recondito
Mentis sinu mera prodire oracula.
Alter Papyrius, suiq; seculi
Vel Ulpianus, Celsus aut Pomponius,
Aut Julius Paulus, Sabinus aut Macer,
Dices asylum, olimq; legum vertices
Dicti. Stupente Purpuratorum choro
Non amplius mentis sacras promet suæ
Opes, nec ultra finiet tricas graves,
Os eloqueus, os providum æternum silet!
Nunc vera Te subibit æstimatio,
Compage postquam mens soluta corporis
Tanti VIRI recessit ad cœli domos,
Factura quanta Dresda contigit Tibi.
Hic error est gravissimus mortalium,
Ut non suas felicitates æstiment
Fruendo, sed carendo: Sic Virtus solet
Amisssa multis lacrymis queri, solet
Præsens haberi despiciatui, rogas
Ast reddit emeritum decus suum Viro.
Et Vos o almæ Virgines Musæ novem,
Et quicquid usq; Gratiarum & quicquid est
Cupidinum, gravis occupet mæror, dolor!
Flete! ille vestri sidus ingens ordinis,
Tutela, præsidium, Patronus optimus
Vobis abiit! ite, ite, lessum ducite,
Turpante vultus ungue sævo, crinibus
Passis ciete funebres questus, sonos.
Nil jam super Vobis, mihi nil jam super
Reliquum est, perennes lacrymas præter! Seden
Quid siere mando? cur inanes nenas

Vos